

S. Hieronymus, « quia scio ad edificationem in-clyde domus, et que superata sit domum pristinam, nihil ita facere, ut pacem; ideoque et hanc spondeo: dabo enim in loco isto pacem. » Tropologie, faciãt et pax, qua exsuperat omnem sensum, custodiat domum meam, et sit in pace locus meus. » Nihil enim ita necessarium volenti proficere in virtute, et construere domum perfectionis, ac quiete conscientie et pax animæ. Huius rei symbolo et typo rex Salomon, id est pacificus, in plena pace fabricavit templum, quod David ob bella continua fabricare non potuit, Paral. xxii, 8. Ita quoque Theodoretus, Haymo et Hugo.

Secundo et potius, « dabo pacem, » id est benedictionem et omne bonum, « in loco isto, » per Christum: Christus enim docens in templo evangelizavit, et dedit pacem credentibus sibi. Unde angeli in Christi ortu cecinerunt: « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, » Luca ii. Et hanc pacem quasi summum bonum, Christum e caelis in terras allaturum predixit Isaias cap. ii, 4, et cap. xi, 6. Hæc enim pax concordat mentem cum Deo, et consequenter cum proximis, ergo ac secum, ut suppressis concupiscentiarum motibus, ratio et spiritus carni, sensibus et membris omnibus dominetur: quo fit, ut fidelis inchoet hie vitam celestem, beatam et angelicam. Ita S. Hieronymus, Hugo, Lyranus hie, et S. Augustinus lib. XVIII De Civit. cap. xlvi. In hac pace, puta in mente pacata, quasi in templo suo habitat Deus, juxta illud Psalm. lxxv, 3: « Factus est in pace locus ejus: et habitatio ejus in Sion. » Unde Septuaginta hoc loco vertunt: *Dabo pacem, dicit Dominus omnipotens, et pacem animam in acquisitionem omni cadenti, ut susceperit templum istud.* Sic enim habet editio Romana, licet Regia tantum habeat: *Dabo pacem, dicit Dominus exercituum.* Quocirca S. Ambrosius scribens in hunc Aggæi locum, in fine toni II, majorem gloriam domus novissimæ quam primæ intelligit pacem: « Pax enim, ait, et tranquillitas animæ super omnem domus gloriam est, quia pax superat omnem sensum, Philip. iv. Hæc est pax super pacem, quæ dabitur post tertiam commotionem cæli, maris, terre, deserti, quando destruet omnes potestates et principatus » in die iudicii, etc. « Et sic erit pax per omnia, ut nullis obstantibus corporis passionibus, aut incredulæ mentis impedimentis, fiat in omnibus omnia Christus, subdita Patri exhibens corda universorum. Unde et ad ipsum solum mystice dicitur: Assumam te, Zorobabel, et ponam te sicut signaculum, quia te elegi. Etenim cum fuerit anima nostra pacifica, tunc accipiet in se sicut signaculum Christum, id est imaginem Dei, ut sit ad imaginem. Quoniam qualis celestis, tales et celestes. Et oportet nos portare imaginem celestis, id est pacem. »

11. IN VIGESIMA. — Hæc Aggæi propheta ordine est tertia. Primam enim accipit cap. i, vers. 3,

secundam hoc capite, vers. 2; tertiam hoc versu.

12. INTERROGA. — Dnas quæstiones hic proponit sacerdotibus Propheta, et ut earum responsis arguat Judæos de neglectu fabricæ templi. Prior est: si homo ferat carnem sanctam, puta Deo immolam, in ora vestis, ejusque, scilicet vestis, non carnis, summitate, id est extremilate, tangat panem, vinum, etc., numquid panis, vinum, etc., hoc contactu vestis sanctificabitur? Respondenti sacerdotes: Nequaquam; et bene: quia licet caro sanctificata, si tangat vestem, eam sanctificet, ut sancitur Levit. vi, 27; non tamen ulterius, vestis contactu carnis sanctificata, si tangat panem, vinum, etc., in eo sanctitatem suam transfundet, eaque sanctificabit. Sanctificationem intellige legalem et cæremonialem legis veteris, qua res sancta separanda erat ab usu profano, heoque danda et sancte tractanda. Applicat deinde responsionem suo scopo Propheta, dicens: « Sic populus iste, » etc. vers. 15, q. d. Si cut vestis tangens carnem sanctam non ita sanctificatur, ut possit sanctificare panem, vinum, vel homines se tangentes; ita pariter licet vos, o Judæi, sine templo habeatis altare, in quo victimas Deo offeritis et consecratis, ut patet I Esdræ, iii, 3; tamen hæc victimæ et carnes ibi immolatas, esto tangentem et comedentem eas legaliter, id est exterius et per modum cæremonie, sanctificent, nequiquam possunt ulterius vestras actiones et munera, resque omnes quas vos tangitis et tractatis, sanctificare, ac multo minus possunt internam inobedientiam, et externam neglectus fabricæ templi impuritatem e vobis eluere, juxta illud Jerem. xi, 15: « Numquid carnes sancte auferent a te malitias tuas, in quibus gloriatæ es? » Ne ergo vos excusatis, o Judæi, a fabrica dicentes: Habemus templum, in eo offerimus victimas, quæ, dum eas offerimus et comedimus, nos omnesque nostras actiones et opera sanctificent, et si quid in eis vitii aut peccati sit, abstergant et emaculant. Neque enim placulares vestræ victimæ mentem ab inobedientia et culpa expiare et expurgare possunt. Unde proponit secundam quæstionem, que magis stringit, atque:

14. SI TETIGERIT POLLUTUS IN ANIMA. — Anima per antiphrasin hebraicam hic ponitur pro cadavere, uti et Levit. xix, 27, xxi, 1; et Numer. v, vers. 2: « Ne contaminetur sacerdos in mortibus; » hebraice, in anima. Vide ibi dicta. « Pollutus est ergo « in anima, » est pollutus ex contactu cadaveris, vel morticini, qui ex ritu legis veteris, Numer. xix, 13 et 22, omnia que tangebant, contactu suo polluebat et immunda reddebat. De hoc ergo ait: « Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, » puta panem, vinum, etc., « numquid » panis, vinum, etc., ab eo tactum « contaminabitur? Et dixerunt » sacerdotes: « Contaminabitur » panis, vinum, etc., que pollutus tetigit: tangendo enim ea polluit et contaminavit. Jam applicat hoc modo: « Sic popu-

lus, » etc., q. d. Sic vos, o Judæi, quia immundi estis, tum ob alia peccata, tum præsertim ob inobedientiam et neglectum fabricæ domus meæ, pariter polluitis omnia que tangitis et tractatis, puta omnia munera et opera vestra, omnes fabricas, omnes actiones vestras: hæc enim continuo et perseveranter præferitis mihi et meæ fabricæ, illisque intenditis, dum fabricæ meæ intendere deberetis. Hic ergo neglectus est circumstantia viliosæ, quæ influit in omnia opera vestra, eaque vitiat et polluit. Ita S. Hieronymus. Bonum enim oritur ex integra causa, malum vero ex singulis defectibus, inquit Philosophus. Ut enim opus sit bonum, debet habere omnes suas circumstantias requisitas, tam positivas, quam negativas: si vel una desit, desinet esse bonum, eritque malum, v. g. si quis studiosus, vel religiosus velit ire ad templum, et orare eo tempore, quo regula jubet ire ad scholas et studere, facit opus non bonum, sed malum: quia licet orare sit bonum, tamen eo tempore orare quo est studendum, est malum. Simili modo, licet fabricare domos, curare rem domesticam vel publicam, sit bonum; tamen id facere eo tempore quo fabricanda et curanda est domus Dei, uti vos facitis, o Judæi, est malum. Perperam ergo ex hoc loco et similibus Calvinus probat omnia opera infidelium et impiorum esse peccata, dum sic arguitur: Quidquid pollutus tangit, hoc polluit: atqui peccatorum sunt pollutus; ergo quidquid tangunt et agunt, polluit; ergo omnia eorum opera sunt peccata. Major enim in lege veteri vera erat in immunditia et tactu corporali duntaxat, puta si pollutus corporaliter tangebatur rem quampiam, illam corporaliter et legaliter polluebat, idque ex præscripto legis, que ita sanciebat: falsa vero est in immunditia spirituali, puta peccato. Non enim omnia que tangit peccator, hæc illico peccato inficit vel polluit: alioqui enim omnes res Turcarum et hæreticorum essent pollute, et peccato inquinatæ; sed tunc duntaxat ea polluit, quando ea tangit contactu peccati, hoc est, quando iis utitur quasi mediis vel instrumentis ad peccandum: tunc enim peccatum, id est voluntas peccandi, sua immunditia ea tangit, illamque affricat et aspirat, itaque ea polluit. Simili enim modo olim in lege veteri, pollutus ex contactu cadaveris omnia que tangebatur, polluebat: quia censebatur hæc ejus pollutio et immunditia sparsa per totum corpus, itaque omnia tangere et polluere, quæcumque pollutus ipse tetigisset.

Moraliter, ex hoc loco collige sacerdotes impuros tactu altaris, vel calicis, aut rei sacræ non sanctificari; sed potius ea polluere et fodere. Ita Theodoretus.

Hinc recte infert S. Augustinus lib. Contra Faustulum Donatistam, cap. xvi, et Nazianzenus oral. I Apolog., virtutem a vitio longe superari, vitiumque virtute esse potentius. Vitium enim suam malitiam tangenti illico communicat et affricat,

facitque viliosum: hoc autem non facit virtus. Age cum sancto; non ideoque sanctus eris: age cum improbo familiariter, illico improbitatem suam tibi allabit. « Parum absinthii, ait Nazianzenus, amaritudinem suam melli celerime imperit; cum contra mel ne dupla quidem parte copiosius dulcedinem suam absinthio infundat. Parvo lapide summoto, flumen totum in prorum trahitur: ejusdem autem impetus firmissimo etiam aggere cobiberi vix potest. » Et S. Chrysostomus: « Multos, ait, sollicitat societas nefanda. » Tange piæm, illico inquinaberis: tange saponem vel lixivium, non illico mundaberis, nisi eo diu multumque manus vel corpus perfrices. Narrat Elianus lib. XIII Histor., Theodotum mæreticum obijcisse Socrati, quod ipsa omnes ejus discipulos vel eo alienare posset, et vocare ad se quocumque tempore vellet, cum Socrates ejus amasios ad se trahere nequiret; ac responderis Socratem: « Bene quidem dicis, quia tu ad declivem tramitem omnes rapis: ego vero ad virtutem cogo, ad quam arduus, et perisique insolitus est ascensus. » Porro Donatistæ hoc loco abutebantur pro sua heresi, scilicet sacerdotes impuros vitare baptismum, nec quemquam recipere in eo gratiam, nisi baptizaretur a sancto, ex eo quod Aggæus hic dicit vers. 14 et 15, omne opus et oblationem pollutum esse pollutam et contaminatam. Sed respondet S. Augustinus loco citato, eos hoc testimonio contra se uti: « Si enim, ait, tactus sancti, immundi inquinamento non tollit, vanum est quod geritur, quod conficitur, quod lavatis. Si tetigerit, inquit Aggæus, quod sanctum est creaturam panis, aut vini, vel olei, sanctificabitur? et responderant sacerdotes: Non. Ubi est quod vos extollitis, quod sanctitatem vestram munditiam conferre jactatis? Tactus illic opera significat. Si sanctus, inquit, tetigerit immundum, non sanctificabitur. Si immundus tetigerit sanctum, inquinabitur, id est, facilius sanctus qui junctus fuerit genti huic pessimæ pessimatur, quam gens ista in melius commutetur: quia proclivitas ad imitationem malorum curritur, quam ad virtutes bonorum animus excitatur: sicut melli plurimo parum absinthii injeetum velocem amaritudinem trahit; mellis vero etiam duplum ignicium, non poterit ejus obtineri dulcedo. » Ita ipse tropologie more suo. Vide eundem post collationem Contra Donatist. cap. xx.

(1) 16. ET NUNC PONTE CORDA VESTRA A DIE HAC VERS. 16.

(1) Vers. 16. « Sic populus iste, et sic gens ista, » hebraica lingua, quod recentiores philologi sepeissime neglexerunt, accuratissime distinguit עַם וְגוֹי, seu populi de populo qui non ad Israeliticum pertinebant, adhibetur, quod ex multis locis Psalmorum et Prophetarum perspicitur potest. Aben-Ezra sub עַם וְגוֹי sacerdotes, et וְגוֹי populum ipsam intelligit. Septuaginta vertunt, ἡ λαὸς ἡ ἕθνη καὶ ἕθνος τῶ θεοῦ ἁγίου. Vulgate autem sensus non ambiguis videtur, nam populus idem significat quod

ET SUPRA, — *q. d.* Considerate penuriam, sterilitatem, et adversa omnia que vobis acciderunt a die hæc per omnes annos præteritos, quibus neglexistis fabricam templi, indeque discite non aliam illorum esse causam, quam hunc templi neglectum. Nam cum quilibet vestrum accederet ad æcerum messis, qui videbatur daturus viginti modios frumenti, cum excutiens invenit tantum decem modios. Sic qui accedebat ad torcular plenum uvis, quæ daturæ videbantur quinquaginta lagenas vini, eas promens invenit tantum viginti. Cur hoc? quia ego exsullavi vestras segotes et uvas, ut dixi cap. 1, 9. Nota: Vox *modios* non est in Hebræo, sed intelligitur tanquam communis et ordinaria mensura frumenti. Ita Noster, Chaldaeus, Pagninus et Valabius. Sed Septuaginta subintelligunt *sata*. Sic pro *lagenas* hebraice est *מורה פורה*, quod Septuaginta vertunt, *amphoras*; Chaldaeus, *dolia*; Pagninus, *b. tos*; Tigurina, *urnas*. Proprie *pura* significat *torcular*: inde per catachresin significat mensuram ordinariam vini, quæ torculari expressa vase excipitur, qualis est lagena, amphora, etc.

Vers. 18. 18. PERCUSSI VOS VENTO URENTI ET ACRUGINE. — Aurugo vitium est segetis, cum ex nimio humore pallescet, marcescit, tabescit, ut tandem grana in cinerem verlantur. Vide dicta *Joel* 1, 4 (1).

Vers. 19. 19. PONITE CORDA VESTRA EK DIE ISTA, ET IN FUTURUM. — Hebraice *מעתה ועד עולם* *semata*, id est *super*, ut veritè vers. 16. Jam *super*, id est *ultra*, deinceps, sive futurum respicias, ut hic, sive præteritum, ut vers. 16. Sensus est, *q. d.* Jussi vos vers. 16, considerare præteritos annos sterilitatis et adversitatis, quibus neglexistis fabricam templi; nunc pariter jubeo vos considerare annos futuros fertilitatis et prosperitatis, ex eo quod fabricam templi resumpseritis: ut ex utrorumque annorum dispari eventu et contraria sorte certe colligatis, non aliam causam adversitatis vestræ fuisse, quam neglectum templi; nec aliam causam vestræ felicitatis deinceps fore, quam curam et studium templi.

Disce hic prudentis esse considerare tempora, et præterita cum futuris conferre: tempus enim docet prudentiam. Unde Thales, rogatus « quid esset sapientissimum, » respondit: « Tempus: invenit enim omnia. » Ita refert Laertius lib. I *De Vita Philosoph.* cap. 1. Hinc et Plotarohus in *Pericle*: « Tempus, inquit, omnium consiliarium optimum. » Et Livius, *decade* 3, lib. II:

græcum *ἔπειτα*; alio modo autem in scriptoribus classicis *ἔπειτα*, et *ἔπειτα*, gens et populus distinguuntur; sed quisque intelligit Alexandrinus et Vulgatum differentiam verborum *ἔπειτα* et *ἔπειτα* Hebræorum more annotasse, nec secundum ingenium linguarum occidentalium annotare potuisse.

(1) Ut recte notat Scheibel, loquitur hic Propheta, ut satis elucet, de illo tempore quo ista plage irruerunt; nam hoc tempore, quo hæc ultima verba scripta erant, Judæi jam redierant ad Dominum, ædificatione templi demum inchoata.

» Meliores, ait, prudentiores, constantiores nos tempus diesque facit. » Et Menander:

Ducit ad læcem veritatem tempus,
Omnia delegens tempus ad lucem fert.
Nullus tempore melior consiliarius.

Denique Philosophus acute vereque dixit, « veritatem esse filiam temporis. »

A DIE VIGESIMA ET QUARTA NONI MENSIS: A DIE, QUÆ FUNDAMENTA JACTA SUNT TEMPLI. — Jam illa jacti coperant ante decem annos, scilicet anno 2 Cyri, mense 2, die primo, ut patet I *Esdræ* vi, 8 et sequent. Sed per Cambysem inhibita fabrica, stetit opus usque ad Darium, quando prophetante Aggæo opus resumpserunt anno secundo Darii, die 24 mensis sexti; nimirum illo die coperunt cadere ligna, convehere lapides omnemque materiam apparare, ita ut die 24 mensis noni, ut hic dicitur, circumquaque plane et perfecte jacerentur fr.amenta, jam pridem sub Cyro inchoata. Ita Arias, Ribera et alii, hæc loca, quæ antilogiam præ se ferunt, conciliant.

20. NUMQUID JAM SEMEN IN GERMINI EST? — *q. d.* Nondum germinavit semen, ut ex germine copioso et luxuriante possit conjicere et sperare copiosam messem; ego tamen ex nullo illam vobis, ob diligentiam quam præstatis in fabrica templi, promitto, quia semini vestro benedicam, faciamque ut multos culmos, spicas et grana germinet et producat.

Pro germine hebraice est *מורה מעורה* *mevura*, quod Chaldaeus, Syrus, Arabicus et Septuaginta vertunt, *arcam*; Rabbinii, Pagninus, Valabius et Arias, *horreum*, quod R. Salomon ita explicat: Annon totum semen in horreo est, quia hoc anno nondum seminastis, et arbores nondum progesserunt? sed seretis, et ego satis vestris benedicam, eaque fecundabo et multiplicabo. Verum Noster melius cum Tigurina vertit, *germen*: messis enim ponitur in area et horreo, semen vero in agro ut germinet. *Germen* ergo vocatur *mevura* a radice *מורה* *gur*, id est incolere, habitare: quia in germine quasi habitat semen, puta arista, et granum protuberans ex semine. Hinc patet S. Scripturam uti computi anni sacri, non communis et profani. Nam nonum mensem vocat hic eum, quo semen satum germinat: hoc autem in Palestina fit in novembri. Nonus ergo mensis est novembri, ac consequenter primus est nisan, sive martius, a quo incipiebat annus sacer (2).

Moraliter, discite hic illud Apostoli: « Corporis exercitatio (ut satio, plantatio, negotiatio) ad terram modicum utilis: est pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vite, quæ nunc est, et

(2) Palestinam autem arboribus his nominatis abundasse, ostendunt, proter locum *Deut.* viii, 8, *Relandi Palestina*, Fabri *Observationes*, Carpovii et Jahonii *Archæologia*, *Itineraria* denique d'Arvioux, Shawii, Pocockii, Schultzi, Chateaubriandii, aliorumque ubi laudatorum.

intra, » I *Timoth.* cap. iv, 8. Deus enim hic piis, sanamque fabricam et cultum promoventibus promittit benedictionem, id est copiam bonorum temporalium, multo magis spiritalium iis qui alios ædificant, docent, sanctificant, ut in eorum mentes domum spiritalem templumque Deo construant. Unde sequitur:

Vers. 21. 21. FACTUM EST VERBUM DOMINI SECUNDO. — Die enim 24 mensis noni, Aggæus duo accepit a Deo oracula. Præter fuit vers. 11; secundum est hoc, quo promittit Zorobabeli ob navatam operam in fabrica templi, quod ex ejus posteris nasciturus sit Christus, qui fabricaturus sit Ecclesiam, in qua regnatura sit et dominaturus omnibus gentibus. Ita S. Hieronymus, Remigius, Albertus et alii. Est hæc quarta et ultima Aggæi prophetia, quæ de more assurgit ad Christum, in coque quasi fine et scopo, oracula sua terminat et concludit.

Vers. 22. 22. LOQUERE AD ZOROBABEL. — Præter, Theodoretus putat hic promitti Zorobabeli in se et sua persona, quod Deus eum cum populo defensurus sit ab invasione Gog et Magog, imo facturus ut ipsi mutua se cæde conficiant, eorumque spolia diripiant Judæi. Verum Gog et Magog non fuerunt tempore Zorobabelis, sed erunt in fine mundi, ut patet *Ezech.* xxxviii et xxxix, et *Apoç.* cap. xx, 7.

Secundo, Hebræi censent Zorobabeli hic promitti exidium Persarum, quos ipse formidabat quasi ipse illud sit visurus, et in eo illasus, quasi annulus a Deo sit conservandus. Verum hæc sunt fabella. Perse enim excisi sunt ab Alexandro Magno 200 annis post tempora Zorobabelis et Barii Hystaspis. Quocirca alii minus improbabili hæc referunt ad posteros Zorobabelis, quos Deus ab Alexandro Magno tutatus est. Cum enim Alexander omnes gentes sibi subjeceret, Deus Judæos exemit, flexitque animum turgidum Alexandri ad modestiam et benevolentiam, ut Iadudum pontificem Judæorum veneraretur, Judæosque benigne complexus, immunes et liberos dimitteret.

Dico ergo Zorobabeli hæc promitti, non in se, sed in suis posteris, puta in Christo, *q. d.* Quia tu, o Zorobabel, dux et ductor fabricæ templi mei fuisti, hinc tibi pro mercede promitto, quod inter tot bella, et inter tot reges ac monarchias Persarum, Græcorum et Romanorum, quæ post mortem tuam inter se colluctabuntur, et sese vicissim collident et interiment, ego te tuamque domum et familiam ducalem illesam, tanquam anulum meum signatorium conservabo, et continua serie propagabo; imo efficiam ut ex te nascatur Christus, qui eversis omnibus regnis recurret potietur, erigat Rex regum et Dominus dominantium. Hæc ergo promissio fit Zorobabeli: quia licet impenda sit in Christo, tamen tangit et afficit ipsum Zorobabelem: nam ingens ejus decus et gloria est, quod ipse familie dualis

sit auctor, ex qua nasciturus est Christus, quodque eam per 500 annos usque ad Christum conservabit et propagabit. Hoc est quod illi hic promittit Deus.

Obiter hic nota duo fuisse templa Dei, et duos eorum fabricatores, et utrumque pro mercede fabricæ templi, accepisse promissionem a Deo de Christo ex se nascituro. Præter est David, qui omnes impensas pro fabrica templi curavit, easque consignavit Salomoni filio, ideoque auditivus a Deo: « Ipse (filius qui ex te patrem: firmaboque solium regni ejus super Israel in æternum, » I *Paral.* xxii, 40. Alter fuit Zorobabel, qui secundum templum instauravit, ideoque pariter Deus illi hic promittit filium Christum, quod scilicet ille ex ejus prosapia nascetur. Unde discimus quam liberalis sit Deus, qui pro parva opere et obedientia tantam mercedem, quanta est Christus, promittit. Rursus quam Deo placeat religio, puta fabrica monasteriorum, templorum, eorumque ornatus et cultus: multo magis quam ei placeat fabrica vivi templi virtutum in anima, tum nostra, tum proximorum nostrorum, ac presertim urbium et gentium integritatem conservatio.

Huc pertinet expositio Remigii, Lyrani et Vatabli, qui censent hæc promitti non Zorobabeli, sed Christo, nimirum quod ipse incarnandus sit futurus rex orbis, ideoque commovenda et subvertenda sunt ipsi omnia regna, omnes reges et principes. Hoc enim eodem redit. Sive enim dicas Zorobabeli hæc promitti non in se, sed in posteris, puta Christo; sive dicas ipsi Christo ex Zorobabele nascituro hæc promitti, eodem res recidit. Congruentius tamen ipsi Zorobabeli hæc assignamus: quia ei illa pro mercede fabricæ consignat tum Aggæus, tum Ecclesiasticus *xliii*, 13, dicens: « Quomodo amplifecimus Zorobabel? nam et ipse quasi signum in dextera manu. » Sic Davidi promittit Scriptura quod in Christo ejus illo impendum erat: « Pastorem, ait, suscitabo servum meum David, » id est Christum, Davidis filium et antitypum, *Ezechiel.* xxxiv, 23. Sic benedictio Abrahe facta, quod in ipso benedicende essent omnes gentes, *Genes.* xviii, 18, impleta est in Christo ex Abraham progenito. Sic promissio terræ Chanaan eidem facta *Genes.* xiii, 15, impleta est post 400 annos in posteris ejus.

Anagogice S. Hieronymus, Haymo et Hugo hæc exponunt de secundo Christi adventu ad iudicium, ad resurrectionem, gloriam et regnum. Tunc enim Deus commovebit omnia regna mundi, illaque ipsi quasi iudici et domino subiciet, uti docet Apostolus I *Corinth.* cap. xv, vers. 24 et sequent.

Mystice, hæc facit quotidie Deus in Christi posteris, puta christianis regibus, præstantis, pontificibus, quorum iura et regna propagat, debellando hæreticos, Turcas, infideles, illosque eis subji-

Moraliter quam placeat Deo fabrica templorum.

Anag.

Moraliter tempus docet prudentiam.

Moraliter.

(Scheibel.)

ciendo, ut ita Ecclesia et regnum Christi dilatetur et magnificetur.

EGO MOVERO COELUM PARITER ET TERRAM, — commotionibus scilicet, et translationibus monarchiarum, de quibus paulo ante dixi, ac aliis quas recensui vers. 8. Ita S. Hieronymus.

Vers. 23. 23. ET CONTRERAM FORTITUDINEM REGNI GENTIUM. — Sic Persas jam tum dominantes Judæis contrivit Deus per Græcos, Græcos per Romanos, Romanos per mutua et civilia bella.

ET DESCENDENT, — id est cadent, sive cadent in terram occisi et mortui, q. d. Futura sunt asperissima bella et strages inter Græcos, Persas et Romanos; et tamen inter ea servabo te unum, id est tuam familiam, o Zorobabel, quia hæc strages parant viam regno et monarchie Christi ex te nascitur, juxta visionem Danielis, cap. II, ubi cum recensuisset contritionem statue quadrifide, significans quatuor orbis monarchias, per lapillum de monte sine manibus præcisum, puta per Christum, subdit de ejus monarchia vers. 44: « In diebus regnum regnorum illorum, suscitabit Deus coeli regnum, quod in æternum non dissipabitur, etc., et consumet universa regna hæc: et ipsum statim in æternum (1). »

Vers. 24. 24. SERVE MEUS. — Non tantum Zorobabel, sed et Christus, quem hæc omnia tangunt, quia homo, vocatur, et revera est servus Dei, ut dixi *Isaie* cap. XLII, 4: « Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. »

ANNULUS USUS ET FIGURA. PRIMUS. PONAM TE QUASI SIGNACULUM, — hebraice אָנָן *anon*, id est sigillum signatorium, præsertim in annulo, quo primo, tum edicta et litteras, tum arcas et alia secreta, vel pretiosa, ac nominatim testamenta, obsignabant et custodiebant veteres. Radix enim אָנָן *chatam* significat occludere, obsignare, sigillo confirmare, claudere et communitare. Sic Darius jussit obsignari annulo suo os laei leonum, in quem conjectus erat Daniel, ne quis eum occideret vel læderet, *Daniel*, vi, 17.

Secunda. Secundo, sigillum hoc annuli erat in pala incusum jaspidi, alterive gemmæ pretiosæ: quocirca annulum gestabant in digito ad ornatum, ut eo suam nobilitatem, stemmata et insignia gemmæ incisa ostentarent. Sic Africanus patris imaginem incidit annulo: Augustus sphingem, ac deinde effigiem Alexandri Magni: alii leones, dracones, etc. Hinc filio prodigo in gratiam recepto pater jubet dari annulum, in signum restitute dig-

(1) Tota hæc descriptio, ait et ipse Scheibel, ad tempora Messie eademque ultima totius terræ pertinent; nam Prophetæ Hebræorum sapissime tempora Messie postrema interitumque colorum terræque conjungunt; atque de certamine Messie ejusque victoria de regibus terre, contra ipsum regnumque divinam pugnantibus vaticinati sunt: ex. gr. *Deut.* xxxii, 35 et seqq.; *Psal.* II, xlix, lxi et seqq.; *Ezech.* xxxvi, xxxix; *Daniel.* vii et ix; *Joel.* iii, iv; *Mic.* vii; *Malach.* iii, iv; quibuscumque Apocalypsis Christianorum consentit cap. xvii, 12 et seqq.; xviii, 9 et seqq.; xix, 17 et seqq. (Scheibel.)

nitatis, *Luc.* xv, 22. Unde Syrus pro *chatam* vertit, *sigillum*; Arabicus vero uterque, *annulum*, scilicet signatorium, qui reipsa est signaculum et sigillum.

Tertio, annulus daturus legatis qui mitterentur ad exterarum gentes, tum honoris, tum auctoritatis et fidei eis conciliandæ causa: Item victoribus et triumphatoribus, teste Plinio lib. XXXIII, cap. I, sed maxime amicis charissimis et fidelissimis. Ita Pharaos Josepho dedit suum annulum, *Genes.* xli, 42, et Assuerus Aman intimo suo, *Esther* iii, 10, hinc Cicero ad Quintum fratrem cum monet: « Sit, inquit, annulus tuus non minister aliene voluntatis, sed testis tua. »

Quarto, annulus inter sponsos signum erat conjugii mutuaque amoris, qui utriusque uti digitum, ita et cor mentemque annulo, id est charitatis vinculo et symbolo, copularet. Hinc signum est fidei conjugalis, ejusque conjuges admonet. Unde gestatur in digito quarto manus sinistrae, qui inde annularis dicitur, eo quod habeat venam tendentem ad cor, inquit S. Ambrosius lib. *De Patriarchis*, et Gellius lib. X. Ut digitus ille qui cordis est indicium, annulo quasi corona honestat, inquit Pierius lib. XII. Hinc et veteres imaginem ejus quem amabant in annulis gestabant, ut illum semper intuerentur, et de eo jugiter cogitarent. Hinc sponsus a sponsa petit, *Can.* viii, 6: « Pone, inquit, me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, » ut scilicet non aliud videas, cogites et ames, quam me; ut videaris habere cor et brachium obsignatum meo annulo, imo meipso, tanquam custode ac domino cordis atque operum omnium, ut ab his aliis omnes excludas. Insuper, ut quasi mollis cera fingi te patiaris, neque aliquid exprimas in moribus, quod non ego prius tibi impresserim. Id enim deest in connubio hoc divino, quo mihi astricta es. Sic Cicero, lib. *De Fenibus*, testatur discipulos et amicos Epicuri ejus imaginem in annulis gestasse.

Quinto, annulus præcis habitus est symbolum et causa prudentie, ut scilicet eo temporum successus vicesque, et quid quolibet agendum esset, cognosceret. Ita Jarcha septem annulos dedit Apollonio Thyanaeo, ait Philostratus in ejus Vita, lib. III, cap. xiii, septem stellarum nominibus insignitos, quos Apollonius singulos singulis gestabat. Verisimile est fuisse magicos, quales Clemens Alexandrinus lib. III *Stromat.*, habuisse Exocestum Phocensium tyrannum memorat: ex quibus inter se collisis nonnumque excitantibus, rerum generandarum opportunitates excogitabat; sed male malus cum suis annulis perit. Aristophanis Scholiastes scribit Eudemum philosophum physicos annulos fecisse contra demones et serpentes. Arabicus codex de annulo Salomonem narrat, Salomonem annulum fatalem habuisse, cui vis illa sapientie mirabilis tenebatur implicata, quem amasie ejus in Jordanem

projecerunt, indeque suis illecebris regem sapientissimum dementarunt. Verum cum postea annulus in ventre piscis reperiens Salomoni esset redditus, illico in eo sapientia reviguit. Refert hæc Pineda lib. III *De Rebus Salomon.* cap. xxix. Fabellam judaicam esse autumo. Celebris est Gygis annulus, quo ipse omnia videns, a nemine videbatur; itaque regem Lydorum occidit, et regnum occupavit, de quo S. Ambrosius lib. *De Officiis*, cap. iii, ex Platone. Sed et hic magis fuit. Sic enim magi hodie demones familiares habent in annulis, a quibus discunt arcana. Illud verum, artificem peritissimum annulo Caroli V imperatoris horologium integrum, cum toti librametis, currentibus et recurrentibus rotulis inclusisse. Nem tantum in tantillo annulo admirari sunt. Nimirum sapiens momenta temporum et rerum habet in manu.

Felix qui oculum terræque patebat in digitis.

Ita Nicolaus Causinus lib. XI *Par. Hist.* cap. lxvii, lxviii et lxviii. Sic annuli astronomici docent signa coelestia, solis progressus, et horarum spatia. Annuli ex equo marino cohærent spasum. Alii ex certis gemmis resistentibus melancholie, manie, epilepsie, jurant ad mentis serenitatem, judicium et sapientiam.

Jam ut hæc applicemus Zorobabeli, et genuimus hujus loci sensum aperiamus, advertendum est Aggæum alludere ad *Jerem.* xxii, 24, ubi impio Jeconia regi Juda has minas intemat Deus: « Vivo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Jeconias filius Joakim regis Juda, annulus in manu dextera mea, inde evellam eum. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, etc., in manu Nabuchodonosor, » q. d. Etiamsi Jeconias mihi ita necessarius, conjunctus, charus et pretiosus esset, ac est annulus signatorius, qui nunquam de manu gestantis ac sigillantis auferatur, uti fuit ejus avus Josias, et atavi, David, Josaphat et Ezechias, tamen ob ejus scelera a me evellam illum, atque in Babylonem traducam, tradamque in manus Nabuchodonosoris. Jeconias fuit avus Zorobabelis: Jeconias enim genuit Salathiel, Salathiel genuit Zorobabel. Quod ergo avo ob impletam Deum abstulit, nimirum esse signaculum vel annulum signatorium Dei, hoc hic nepotus ejus Zorobabeli ob pietatem restituit. Unde et effectus ut, sicut Jeconias fuerat dux eunium in captivitate Babylonicam, ita Zorobabel nepos esset Dei nomine dux inde redeuntium Hierosolymam. Sicut ergo principes sigillum regium, quod cancellario ob scelus ademerunt, reddunt filio vel nepoti, ob ejus merita; ita facit hic Deus. Unde de eo ait Ecclesiasticus cap. xlix, 13: « Quomodo amplificemus Zorobabel? Nam et ipse quasi signum in dextera manu. »

Porro Zorobabeli quinque sigilli dotes jam recensite congruunt, tam in sua persona, quam in

persona Christi ex eo progeniti, de quo proprie hic agitur, ut commaniter doceant interpretes, quos sequuntur Emmanuel et Mariana.

In sua persona: primo, quia, sicut annulus signatorius præ omnibus rebus custoditur, ita Deus custodivit Zorobabilem, ejusque stirpem per stirpe aliorum regum. Hisce enim eum opponit dicens: « Subvertam solium regnorum, et conterram fortitudinem Gentium; sed assumam te, o Zorobabel, et ponam quasi signaculum, quia te elegi, » q. d. Perdam alios reges et regna, te vero quasi annulum meum custodiam, cordi et cura habebō, faciamque ut sis quasi sigillum obsignans et custodiens, non tantum corpus Darii regis, III *Esdræ*, cap. iii, 3, juncto cap. iv, 13, sed et totum populum Israel, cujus meo nomine eris liberator et redur.

Secundo, es mihi honori et ornameto instar annuli aurei, tum quia mihi domum meam edificas; tum quia rempublicam populi mei in meo cultu contines et promovēs. Reipublica ergo pariter es decus et gloria, perinde ac Judith, cui victrici acclamat populus cap. xv, 10: « Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. »

Tertio, es meus legatus, tum ad Darium, tum ad populum, ut utrisque meam voluntatem, legem et jussa exponas, ideoque es mihi instar annuli: quia tibi auctoritatem et fidem apud utroque conciliavi; ut in omnibus tibi fidem habeant quasi legato a me misso, et annulum meum gestanti.

Quarto, es mihi charus et conjunctus quasi annulus, ut te semper præ oculis, cordi et cura habeam. Unde Chaldeus verit: *Ponam te sicut sculpturam annuli super manum.* Hinc faciam te quasi generum meum, ut scilicet esse te carnem sumat filius meus unicus, atque adeo eundem filium meum gignas ut hominem, quem ego genui ut Deum. Hinc Arias sic explicat, q. d. Sicut sigillum in certa annuli parte solet consisti, ita nomen tuum, o Zorobabel, familie et genealogie Christi inseram, ut æternum sit et gloriosum, nec ullo tempore vel oblivione possit deleri, ut reipsa illi insertum est, *Matth.* i, 12.

Quinto, do tibi sapientiam annulo representatam; unde in problemate: « Quid esset fortissimum? » Zorobabel respondens esse veritatem, præmium sapientie tulit a Dario, III *Esdræ*, iv, 13 et 42. Hinc et populum sapienter rexit, a Samaritis defendit, eique Darium conciliavit. Quocirca postquam populum in Jerusalem reduxit, ipse Babylonem rediit, ut causam populi apud regem ageret, ibique defunctus est.

Verum politus hæc competunt Zorobabeli, in Christus est annulus, et annulus Pa-

Zorobabel annulus Dei. Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

filio meo, qui est meum brachium, mea dextera, mea virtus et fortitudo, *Isaia*, lxxi, 1, ut tali filio ex te progenito colaris ab omnibus et glorificeris, imo super universos reges exalteris, ac quasi deficeris, in natura humana, quam ex tua posteritate filius meus assumet, sibi que uniet et deificabit, idque in æternum, ut ei semper in omnia secula adhereret, sicut annulus digito. Vel ponam te quasi signaculum, id est faciam stirpem et propaginem tuam quasi annulum in orbem euntem, cujus extrema uniantur in pala continente sardonychem, id est Christum Filium Dei, qui est sigillum et character Patris. Sicut enim de Adam, qui in hoc orbe genealogie Christi est primus, dicitur *Luce*, vi, 38: « Qui fuit Dei; » ita ultimus in eo Christus pariter est Filius Dei. Insuper, sicut manus ornatur annulo, ita ego filium meum carne, quam ex tua stirpe assumet, quasi annulo ornabo. Sic enim de Ecclesia ait *Isaias* cap. lxxi, 3: « Eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui (1). »

(1) Dux exstant opiniones de interpretatione totius hujus vaticinii, vers. 21-23. Potest referri ad bella futura in Judeorum regione, et extra illam, in Asia et Europa vehementer fore gerenda; sed primo, contradicunt verba versus vigesimi; et ex die ista benedicam, » que conjungi debent cum versibus 21-23. Num enim bella et quidem gesta cum maximo furore sunt documenta benevolentie divinar? Secundo, Zorobabel mortuus est multo ante illa tempora regni Macedonici, Syriaci, imperique Romanorum; nihilominus legitur: « In die illa, assumam te, Zorobabel, » etc., id est hoc tempore sumam Zorobabelem; nam phrasin in die illa denotare tempus indefinitum, tum ex contextu versusum 21-24 elicit, tum e constanti modo in scriptis Hebræorum prophetis usitato.

Alterâ opinio est de vaticinio Messiam præventione; qua interpretatio argumentis maxime firmis, et quidem philologicis et historicis, fulcitur. Etenim primo, si vaticinium vers. 11-20, cum vaticinio cap. I, 5-12, consentit, de qua re nemo vere dubitare potest, necesse est etiam hoc vaticinium nostri capituli cum precedenti cap. II, 3-8, ejusdem esse argumenti; illam vero promissionem (II, 7, 8) de Messia loqui, clarum est, ideoque etiam nostri versus habere debent eundem sensum. Secundo, vers. 7 et vers. 21, hisdem verbis usus est Propheta. Tertio, verba versus 23 de regnorum eversione et bellis in toto orbe terrarum gerendis semper apud Hebræos de tempore Messie afferuntur. Quarto, promissionem ipsam Zorobabeli factam ad vaticinium de temporibus Messie referendam esse, ex sententia Judæorum patet, qui Messiam ex tribu Judee posteris Davidis oriundum censent; de qua sententia locum *Gen. xlix, 10; Isai. xl, 1; Jerem. xxxi, 6*, nemo ignorat. Loquitur Jehovah collectivè de Zorobabelo, ejusque posteris omnique gloria futura. Hinc Apostolus in epist. ad *Hebr. xii, 26, 27*, contra philologiam et historiam cognitum minime peccavit; nec errant antiquiores interpretes Judeorum et Christianorum, Hieronymus; reformatores, Schmidt, Tarnov, Calov; critici sacri, J. H. Michaelis et Bârgius noster, quamquam disquisitionem causarum philologicarum et historicarum neglexerunt. Ipse de Wettius, (*Bibl. Doctr. § 116 adn.*), et Weysscherdus (in *Instit. Doctr. § 50*, ubi multi alii loci aliam sententiam nostræ sententiæ favent).

Hinc *חֶסֶד חֶסֶד* chotam, signaculum, de Zorobabele dicitur.

Porro Zorobabel fuit typus et figura Christi: primo, suo ducatu et reductione populi e Babylone, uti Christus nos liberavit a peccato, morte et gehenna; secundo, quia edificavit templum, uti Christus Ecclesiam; tertio, sua protectione populi apud Darium, uti Christus advocatus est noster apud Patrem; quarto, sua propugnacione, pugnando contra Samaritanos volentes impedire fabricam templi, uti Christus pugnat pro suis magistris et fidelibus; quinto, quia, ut Zorobabel pro populo vixit et mortuus est in Babylone; ita Christus in mundo, qui est Babylon, id est confusio vitiarum et malorum omnium; sexto, sicut Zorobabel Deo charus atque conjunctus fuit, ita Christus eidem fuit conjunctissimus, adeoque humanitatem suam Verbo hypostaticè univit et conjunxit; septimo, quia ut Zorobabel fuit sapiens, ita Christus est sapientissimus.

Verus ergo Zorobabel, id est Christus, Zorobabelis filius et antitypus, est signum, id est sigillum, in manu Patris, tum passivum, scilicet ab eo expressum: est enim ejus verbum et imago; tum activum, quo scilicet Deus suam majestatem, cogitata et dicta obsequat, suamque imaginem angelis, hominibus et creaturis omnibus, ac præsertim Apostolis et Ecclesie sue imprimit, idque juxta quinque sigilli dotes initio recensitas. Nam Christus, ut docet Apostolus *Hebr. i, 3*, est imago Dei invisibilis, nimirum « splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, » qui scilicet illam quasi Verbum, et sigillum, et character, ut habent Græca, obsequat.

Ubi nota: Christus hic ab Aggæo vocatur signum, sive sigillum Dei qua homo, non qua Deus; humanitatem enim, non deitatem, ex Zorobabelis carne et stirpe assumpsit. Christus ergo qua homo, est sigillum Dei: primo, per communicationem idiomatum, per quam ea que sunt Dei tribuuntur homini: quia enim Filius Dei est sigillum et imago Patris, hinc et hic homo hypostaticè unitus Filio Dei, puta Christus, est sigillum et imago Patris. Secundo, formaliter, quia Verbum sui similitudinem impressit humanitati, puta suam scientiam, virtutem, sanctitatem, suas cogitationes, lectiones, actiones et mores. Tertio, quia Christus homo fuit signaculum, id est evidentissimum signum et testimonium attributionum Dei, puta potentie, justitiæ, sapientiæ, ac præsertim philanthropiæ et amoris immensi erga homines; ut hæc enim ostendit Deus, voluit Filium suum incarnari. Christus ergo incarnatus est quasi sigillum expressum, in quo legitimus, imo expressum et depictum videmus Dei amorem, potentiam, justitiam, sapientiam, etc. Quarto, quia Christus instar signaculi testatus est, et certos nos fecit quoniam esset voluntas Dei, quemam ejus doctrina, lex et jussa, nimirum ea quam in Evangelio promulgavit et docuit: « Eum enim Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit ait S. Joannes i, 17, nemo vidit unquam; unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis. » Hæc de causa Deus dedit Christo potestatem faciendi miracula, ut eo quasi sigillo dicta sua confirmaret, eaque a Deo sibi revelata et imperata esse demonstraret, juxta illud *Joan. vi, 27*: « Hinc enim Pater signavit Deum. »

Dens ergo subvertens monarchas et monarchas Persarum, Græcorum et Romanorum, ut docet Aggæus, Zorobabelem, id est Christum Zorobabelis filium, assumpsit, et posuit quasi signum, ut scilicet esset sigillum regni divini et Regis regum, puta Dei Patris, qui exclusis cæteris, solus per Christum regnare volebat in orbe terrarum per suam fidem, gratiam et legem Evangelicam. Deus enim, quia in se est invisibilis, hinc Filium suum vestivit et velavit carne, ut per eam ipse quasi transpareret, et trauceret, sicut transparet per ocellum et stellas, juxta illud *Job* cap. ix, 7: « Stellas claudis quasi sub sigillulo, » id est stellas claudis et abscondis Deus sub procellis et tenebris, quæ sunt quasi signacula, velamina et

insignia divine potentie, majestatis et gloriæ, pariter ac stellarum, in quibus quasi facibus illa scintillat et emicat.

Hinc secundo, Christus quasi sigillum Patri æque ac Ecclesie, quin et angelis, omnibusque creaturis, et toti universo fuit honori et ornamento, adeoque ipse omnium fuit decus et gloria. Verbum enim incarnatum hominem Verbo, terram celo, creaturas omnes Deo non tantum reconciliiavit, sed et in sua hypostasi physice copulavit et univit.

Tertio, Christus fuit sigillum, quasi legatus Patris ad homines, juxta illud *Isaia*, cap. lvi, 4: « Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. »

Quarto, Christus fuit sigillum, id est dilectissimus, pretiosissimus et conjunctissimus Patri, ejusque et pariter totius mundi delicia, exultatio et jubilus. Ejus enim humanitas, quasi sponsa deponata fuit Verbo quasi sponso: unde ejus epithetium canit Sapiens toto Cantico canticorum.

Quinto, Christus fuit sigillum, id est Sapientia Patris increata, qua Verbum; creata, qua homo. Unde ipse revelavit nobis arcana Patris, et abscondita a constitutione mundi, *Matth. xiii, 35*.

Mystice, Christus est sigillum Dei, quia sua effigie, puta sua fide, gratia, virtute et moribus, æque ac character, in baptismo aliusque sacramentis obsequat suos fideles. Deus enim misit Christum, quia « voluit nos conformes fieri imaginis Filii sui, » *Rom. viii, 29*, ut « sicut portavimus imaginem terreni Adæ, ita portemus et imaginem celestis, » *I Cor. xv, 49*. Eum Apostolo dicimus: « Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus, » *Galat. ii, 20*.

Secundo, Christus quasi sigillum obsequat et custodit fideles suos contra omnes tentationes et hostes. Porro Christi sigillum est crux, juxta illud *Ezech. ix, 4*: « Signa tua super frontes virorum gentium. » Et *Apo. vii, 2*: « Vidi alterum angelum, etc., habentem signum Dei vivi. » Crux enim nos committit contra illecebras carnis, mundi et diaboli, facitque nos asceles, milites et martyres Christi crucifixi. Unde Apostolus: « Ego, ait, signata Domini Jesu in corpore meo porto, » *Galat. vi, 17*. Quocirca Christus per crucem est labarum et signum militare contra hereticos, Judæos et paganos, inquit Rupertus. Rursum crux Christi est medicina curans spasmodum epilepsiam, epilepsiam iras, maniam luxuriam, melancholiam acediam, etc. Ubi ergo crucem vides, scito rem esse bonam et Deo gratam, quia sigillum Christi illi impressum vides. Talia sunt penitentia, mortificatio, abnegatio, austeritas, abstinentia, humiliatio, patientia, contemptus, opprobria, carceres, martyria. Ex adverso sigillum diaboli est voluptas; ubi ergo illum vides, cave quia a serpente. Talia sunt sequi suos appetitus, mollities, libertas, ambitio, æstimatio sui, laudes.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

Christus est sigillum Dei Patris quatuorquidam.

qualis sis, verum etiam qualis esse debeas, ex cogitatione tui poteris sublevari ad contemplationem Dei. »

Scala.

Seculo, sicut Deus colitur in templo orationibus, votis, oblationibus, sacrificiis: ita isdem colitur in Ecclesia, Religione et anima sancta, quæ Deo offert seipsam in holocaustum per tria Religiosis vota: corpus per penitentias, in sacrificium pro peccato: gratiarum actionem, et obsecrationem, in sacrificium pacificum. Unde S. Augustinus lib. X De Civit. Dei, cap. vi: « Ipse homo, inquit, Dei nomini consecratus ac devotus, in quantum mundo moritur ut Deo vivat, sacrificium est. Corpus enim fit sacrificium, cum illud temperantia ad Dei honorem castigamus: anima vero cum se refert in Deum, ut igne amoris ejus accensa, formam concupiscentiæ secularis amittat, eique tanquam incommutabili formæ subdita reformetur; hinc ei placens, quod de ejus pulchritudine acceperit. » Idem S. Augustinus, lib. De Natura et gratia, cap. vi, 4, laudat dictum S. Sixti Pontificis et martyris, cujus diaconus fuit S. Laurentius: « Deus, ait, libertatem arbitrii sui permisit hominibus, ut pure et sine peccato viverent, sicut similes Deo. » Et: « Templum sanctum est Deo mens pura, et altare optimum est ei cor mundum. » In hoc sacrificio ergo sacerdos est ipse fidelis et religiosus: cultor, est odium sui, carnis et mundi: ignis, est caritas: victima, sunt corpus et anima cum suis membris et potentiis, quæ moriuntur mundo, sed melius vivere incipiunt Deo. Ad hanc horiatur S. Paulus Roman. XII, 1: « Obsecro, ait, vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. » Et S. Petrus epist. I, cap. II, 3: « Et ipsi, ait, tanquam lapides vivi superedificamini; domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum. »

Septima.

Septimo, Deus in templo, quasi pater familias in domo, adest et preest: ibi exaudit orationum preces et vota, ibi beneficia largitur, ibi dat oracula: sic et in Ecclesia, Religione et anima sancta Deus presens est, imo presidet: hinc illam suis illustrationibus illuminat, suis impulsibus agit regitque ad omne bonum, postulata quecumque concedit. Unde inferi S. Augustinus serm. 210 De Temp.: « Quoties, ait, aliquod peccatum aut cogitando, aut loquendo, aut etiam operando perficimus, templum Dei destruiamus, et ei qui in nobis habitat injurias irrogamus. »

Octava.

In jactu substantialiter habitat Deus.

Ubi consideratione dignum est, Spiritum Sanctum, ac consequenter totam sanctam Trinitatem, in anima jussa presentem esse, non tantum per charitatem et sua dona, sed et per seipsam substantialiter et personaliter, ita ut, si per impossibile prius non fuisset presens per substantiam, jam per justitiam et sanctitatem fieret substantialiter presens, uti cum S. Thoma, Bonaventura et

aliis passim docet fuse Franciscus Suarez lib. XII De Deo trino et uno, cap. v. Quod sane mira est dignationis divina, æque ac dignitatis nostre. Quocirca anima sancta sociat in se quasi in templo vivo, vive et substantialiter habitare Deum Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, juxta illud promissum Christi Joa. XV, 23: « Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum venimus, et mansionem apud eum faciemus. » Ergo non est necesse ut Deum extra se querat, et ad eum exeat; habet enim eum intra se. Itaque eum per fidem jugiter intueatur, semper in tante majestatis oculis digne et reverenter versetur, cum ea pie et affectuosa colloquatur: nil faciat quod eum vel leviter offendat: omnes spes et res in eo defigat, omnes tribulationes in eum conjiciat, eum ex toto corde amet, reveretur et colat: in eo plane conquiescat, et cum Psalmo dicat: « In pace in idipsum dormiam, et requiescam. » Psalm. IV, 9. Quare merito S. Bernardus lib. De Interiori domo, cap. XXII: « Conscientia bona, inquit, titulus est religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, areum reclinatorium, gaudium angelorum, arca foderis, thesaurus regis, aula Dei, habitaculum Spiritus Sancti, liber signatus et clausus, et in die judicii aperendus. Nihil est jucundius, nihil tutius, nihil diutius bona conscientia: premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa erit secreta. Cum mundus omni volubilitate circumrotetur, ploret, rideat, pereat, transeat, nunquam marescit bona conscientia. Subjiciatur corpus in pena, in jeuniis maceretur, verberibus lanietur, equileo distendatur, gladio trucidetur, crucis supplicio affigatur, secreta erit conscientia. » Causa est quam dat Moses Levit. XXVI, 12, et ex eo S. Paulus II Corinth. VI, 16, quia « dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus. » Quis enim timeat, habens in se Deum protectorem, confortatorem et consolatorem? Ita Christus in passione et agonia crucis stetit fortis, quietus et magnanimus. Quare? « Providebam, inquit, Domini in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commovear. Propter hoc letatum est cor meum, exultavit lingua mea, et caro mea requiescit in spe. » Psalm. XV, et Actor. II, 25. In hile ergo anima sancta, esio in doloribus et tormentis consiluta, quia habet Deum intra se, pro cuius amore patitur, cujusque dextera fulcitur. Deus enim est jubilus angelorum et sanctorum, presertim patientium. Id experti sunt martyres, dum equuleis, ignibus, unguis torquentur et lacerarentur. Hoc est preliudium, hic pregratus, hæc inchoatio vite celestis et beate. Ubi enim est Deus, ibi sunt angeli, ibi jubilus, ibi felicitas, ibi gloria. Quocirca exsequamur monitum S. Cypriani, tract. De Orat. Domin.: « Quando, inquit, Patrem Deum dicimus, quasi filii Dei agere

debemus; ut quomodo nos nobis placeamus de Deo Patre, sic sibi placeat et ille de nobis. Converteremur quasi Dei templa, ut Deum in nobis constet habitare, ut qui celestes et spirituales esse cepimus, non nisi celestia et spiritualia cogitemus et agamus. »

Porro in hac fabrica oportet primo jacere solidum fundamentum fidei, non cujusvis, sed vivæ et efficacis. Hæc enim sanctos incitavit ad opera

archæ virtutum, ut docet Apostolus toto cap. XI ad Hebræos. Deinde illi oportet inædificare parietes binos, timoris et spei magnanimæ; his superaddere quatuor virtutes cardinales, cæterasque eis annexas. Pavimentum humilitatis sternatur. Tectum charitate conlegatur. Turris orationis et contemplationis erigatur, ex qua et hostium insidias speculemur, et Dei cœlitumque opem imploremus.

ARCHÆ VIRTUTUM.

... in hac fabrica oportet primo jacere solidum fundamentum fidei, non cujusvis, sed vivæ et efficacis. Hæc enim sanctos incitavit ad opera archæ virtutum, ut docet Apostolus toto cap. XI ad Hebræos. Deinde illi oportet inædificare parietes binos, timoris et spei magnanimæ; his superaddere quatuor virtutes cardinales, cæterasque eis annexas. Pavimentum humilitatis sternatur. Tectum charitate conlegatur. Turris orationis et contemplationis erigatur, ex qua et hostium insidias speculemur, et Dei cœlitumque opem imploremus.

... in hac fabrica oportet primo jacere solidum fundamentum fidei, non cujusvis, sed vivæ et efficacis. Hæc enim sanctos incitavit ad opera archæ virtutum, ut docet Apostolus toto cap. XI ad Hebræos. Deinde illi oportet inædificare parietes binos, timoris et spei magnanimæ; his superaddere quatuor virtutes cardinales, cæterasque eis annexas. Pavimentum humilitatis sternatur. Tectum charitate conlegatur. Turris orationis et contemplationis erigatur, ex qua et hostium insidias speculemur, et Dei cœlitumque opem imploremus.